

PETRVS APIANVS

ORDINARIVS APVD INGOLSTADIANOS MATHEMATICES PROFESSOR, ORNATISSIMO & Humanissimo viro Domino Matthiæ Zymmerman,

Cæsareæ & Catholicæ Maiestatis à Secretis Salutem
& foelicitatem perpetuam.

QVANTVM FACIAT FAMILIARIS ILLE ET TVM eruditorum tum inter eruditos amicitia aliquid pariens bonorum congressus, quottidie ferè exerior, Vir Humanissime, Nuper etenim quando cum Egregio illo sanè & Clarissimo viro Dño Alexandro Schweis Cæsareæ Maiestatis siml' & Consiliario & Secretario primario cõiuuaremur, adfidentib. nobis viris duobus præstantissimis pfecto, Domino Georgio Kirchmüller qui & ipse Cæsareæ Maiestati est à Secretis, & Ma. Magno Gruber homine iam longo mihi tempore deuinctissimo amicissimoq; Cuiusmodi & olim & nunc quoq; eruditis omnib' probantur conuiuia, quæ doctrinæ aliquid habeant, quæ non careant sale. Itaq; & nos hic inter cætera de variis artib' cõmentantes in laudes quoq; incidimus præclarissimæ scientiæ Mathematicæ, quæ vetustissimi quicq; Philosophi ex paucissimis in verum scientiarum & numerum & ordinem reposuerunt. In eam itaq; adfectus tuus ille tantus amorq; candidissimus fecit, vt mihi statim persuaserim quod paulo ante cogitaram, primusq; adeo (absit verbo iactantia) & inueneram & in lucem fueram editurus, diutius apud me non retinuerim, sed tibi Dicarem, homini maxime & artium bonarum omnium & nouarum præcipue inuentionum obseruantissimo. Pfecto enim sua quoq; nouitati est gratia, & quidam veluti flos, miris modis animos hominum alliciens, vsq; adeo vt mihi toto errare cælo videantur quotquot res optimas auersantur eò tantum quod nouæ sint, maioribus nostris non visæ. Nec videmus interim pari ratione prima illa vetustissimorū inuenta ab aliis contemni potuisse, qm̄ antea rudia fuerint & crassa omnia. Et quid obstabit, quo minus istorum opinione ad glandes quoq; redeat victus noster, redeat ipsa vita tota ad mores istos veterum, qui sine lege & moribus rectis instar beluarū victitabant? Sed videbat nimirum errorem hunc optimus ille & Poeta & Philosophus quum versus illos scriberet, quos quia & ipse amplector libens visum est

Desine quisquis eris nouitate exterritus ipsa
Expuere ex animo rationem, sed magis acri
Iudicio perpende, & si tibi vera videtur
Dede manus, aut si falsa est accingere contra. (adponere.)

Quæ sanè mihi quoq; sententia est, vir Præstantissime, in omnibus que noua, maioribusq; nō visa elaborare soleo, non sine iudicio tñ, cuiusmodi & hic quadrans est, cuius inuentio vt mihi fuit operosa & difficilis, quo magis amo, ita nunc facilis (quis .n. non credat iam inuenta & eruta esse faciliora?) & expedita erit omnibus, admirantib' etiam quo tandem modo à veterib' diligentissimis pfecto rege omnium inquisitoribus, non hæc quoq; sint inuenta, sed nimirum oportebat nostris etiam seculis quædam relinqui, in quib' nostra quoq; exercerentur ingenia. Verum circa huiusmodi inuentiones nouas nō ipse tñ mecum reputaui acutissima nostri seculi iudicia, sed & ab amico quodam submonitus sum, ne quid auderem temere, siquidem nunc verissimum esset illud Pindari, velut ex proposito de nostris temporibus vaticinantis.

νεαρά δ' ἰδρυόντα, δόμους
βασάνω ἐς ἔλεγχον, ἅπασ κίνδυνος,
ὅσον φθονεροῖσιν.
ἄπτεται δ' ἐσλῶν αἰεὶ,
χερόνεσι δ' οὐκ ἐρίξει.

Adhuc tñ hæc omnia tanti non sunt vt me ab instituto deterreant, quin potius animū facit mihi Pindarus ipse plane ante hæc verba sic inquiring, πολλὰ γὰρ πολλὰ λέλεκται,

A 2 pfecto